

~~E. d. 65~~

1) Polaris et Amundsen

(nct 21 - 25)

Ed 65.

Urkrit
verf. lumbor
nicht PK

DISPUTATIO X.

DE

**SACRI BAPTIS-
MATIS SACRA-
MENTO,**

Ex Articulo Augustanae Confessionis IX.

Cujus Theses
Deo Triuno Ausifice

Præside,

DAVIDE LOBECHIO
SS. Theologiae Doctore & Pro-
fessore in Academia Rostochiana pu-
blico, VI. Junij pro ingenij viri-
bus μυρτοες ενεργε tueri
conabitur

M. JOHANNES CARSTADIUS
Stendaliensis.

Ed 65

Tit. 3. v. 5.

καὶ ἐργα τὸ διδασκαλίν ἐν Προτερούματι ἡμέτεροι,
αὐτὰ καὶ τὸ αὐτὸν ἔλεον ἐγνωστον ἡμέτεροι, δια-
λογούσθαι παλιγγενεσίας, καὶ ἀναγνώσθεως
πενίσαται ἀξιον.

Rostochij Exiudebat Stephanus Myliander Anno XCV.

David Lobeck

Amplissimis & prudentissimis viris ac Dominis suis, Dominis Consulibus &
Senatoribus Civitatis Stendaliensis, quae est Metropolis veteris Mar-
chiæ, Dominis ac p.p. sibi plurimum obseruandis S. D.

Qvanta sit viri Amplissimi prudentissimiq; satanæ ~~magia~~
& quanto studio quantisq; conatibus ac technis solido Dei ver-
bo recteq; de eo sentientibus & gregem Christi suæ curæ ac fidei cre-
ditum sedulo pascientibus se opponat, luce clarius est. Etsi autem
omnibus temporibus habuit & adinvenit, qui veræ de Deo doctri-
næ contradicerent, eamq; plane suppressere attentarent, tamen ulti-
ma, hac mundi senescentis ætate in hoc cum suis complicibus totus est
ut duo ista, venerabilia novi Testamenti Sacraenta labefactet, su-
gillet & nativam eorum sententiam corruptat. Quanto autem ma-
iori studio & astutia ~~Bogorodizorū~~ ille eiusq; factio hisce obstrepsunt
tanto maiori vigilancia omnibus ~~magis~~ verbis sociis studendum,
ut ea inconcessa retineant, & pro illis non secus ac pro aris & locis
certent, nec in minimo à veritate declinent. Rectissime igitur faciunt,
qui in hunc incumbunt laborem, ut non solum ~~ταῦταν ιχνεύσων λόγων~~ teneant verum etiam adversariorum ~~ἀνθελογίας~~
inquirant, eorum strophas ad normam sacrae scripturæ examinent,
quid vero falso obiciatur dextrè diluant & prias ac honestas mentes
contra schismaticorum veterum & recentiorum corruptelas & bla-
phemias munitant. Idipsum cum hactenus perquam feliciter & utili-
ter fecerit Reverendus & Clarissimus vir DAVID LOBECHIUS.
S.S. Theologæ D. & in hac orthodoxa ac illustri Academia Pro-
fessor industrius, Deo & hominibus in primisq; Theologæ studio-
sis rem longè gratissimam fecit: Cumq; hoc tempore de Baptismo
altero Filij Dei Testamento disputationem esset habiturus, in qua
misi Respondentis partes assignabantur, vobis eam, clarissimi pruden-
tissimiq; Domini Consules & Senatores, nūcupare & inscribere volui-
tum quod ob eximiam pietatem & prudentiam vestram præcipuo
quodam amore & studio me duci erga vos persentiscerem, tum us
me & studia mea vobis commendata haberetis.


Deum Opt. Max. ardibus animi votis & gemitisq; oro, ut
in hac omnium rerum pericolissima dissipatione protegat vestram
Rempub. conservet doctrinam filij sui illibatam, sinceram, puram
ac incorruptam, largiatur vobis salutaria consilia, reprimat fanaticos
homines, & faxit clementer, ut vestra gubernatio in sanctissimi no-
minis sui gloriam & vestram totiusq; civitatis salutem cedat.
Etiam atq; etiam valete. Datæ Rostochii è nostro Museo Calendis
lunii, anni salutiféri partus 1595.

Ampl. V. Studiofiss.

M. JOHANNES CARSTADIUS Stendaliensis.

DE SACRI BAPTISMATIS Sacramento.

I.



Ostquam superiore ouȝtis de γνωστοι γνω-
σίοις καὶ οἰκείοις Ecclesiae γενινῶς seu generatim
disputavimus, deinceps εἰδινῶς seu speciatim de illis
agemus, & dogmata quædam controversa ad dispu-
tandum proponemus.

II.

Ac primum de Baptismo; quod est Sacramentum initiale in Novo Te-
stamento, seu janua, ut veteres eum nominarunt, per quam in κοινωνίᾳ
εἰς την seu societatem Ecclesiae veræ primum ingredimur, & omnium Chri-
sti beneficiorum participes reddimur Rom. 6. v. 3. 1 Pet. 3. v. 21. Gal. 3.
v. 27. Act. 2, v. 38. Eph. 5. v. 26.

III.

De quo docent Ecclesiae nostræ, quod sit necessarius ad salutem, &
quod per eum offeratur gratia Dei: & quod baptizandi sint pueri, qui
per Baptismum oblati ἡν δοκιμάζονται in gratiam Dei: Et damnant
Anabaptistas qui improbat Baptismum puerorum, & affirmant pueros si-
ne Baptismo saluos fieri; ut articulus nonius Confessionis nostræ habet.

IV.

Quem ut assertionibus quibusdam illustremus, & quid de illo sentien-
dum sit, ex verbo veritatis ostendamus, & quo ad fieri potest, à Pontificio-
rum lue, Anabaptistarum & Calvinianorum κανόφωνα καὶ πανεργίοις
aliorumq[ue] ἀκυρολογίας καὶ παραλογίας vindicemus, & ordo &
institutum nostrum requirit,

V.

Quod ut eò commodius fiat ἐκδεσιν ejus completemur 6. quæsti-
onibus. 1. Quid sit Baptismus? 2. Quæ sint partes Baptismi substi-
tutiales.

A 2

tales 3. An sit ad salutem necessarium, & quomodo? 4. Quinam sunt
baptizandi? 5. Que sit salutaris Baptismi cœptus, usus & effectus?
6. Quinam in doctrinam de Baptismo orthodoxam impingant?

DE PRIMA.

VI.

Cum omnis scientia per Definitionem aperiatur propter ea quod idem
est sciendum & per Definitionem intelligendum, Baptismi Definitionem brevitatem
& nervosè finalem & effectus eius precipuus complectentem, & ueritatem
Doctore nobis traditum primò omnium exponemus. Quem autem ne im-
motam basim toti huic Disputationi substeruemus? Ea vero ita habet.

Baptismus est lavacrum regenerationis & renovationis spiritus sancti
per quod à peccatis mundamur, & filij ab heretice mortali erroris effusionis
seit salvamur. Eph. 5. v. 26. Tit. 3. v. 5. cui uberioris explicacionis causa
& hæc addi potest ex iisdem testimonij extracta. Baptismus est ceremonia
seu actio sacra à Christo in Novo Testamento instituta: certo Elemento,
mandato ac promissione Evangelij, qua Homo in nomine Patris & Filii &
spiritus Sancti aqua tinctus à peccatis, in quibus conceptus & natus est, ab-
luitur, regeneratur, donatur spiritu sancto, utq; recipiat ad vitam aeternam.

Lavacrum regenerationis quando Baptismum nominamus, discerni-
mus eum ab omnibus alijs lavacris externis, quibus sordes corporis tantum ab-
luuntur; & docemus quod hoc lavacrum usq; ad ipsam hominis animam
ad eos totum hominem efficacissime pertingat eumq; mundet & à pecca-
tis purget, ut sit sine ruga & macula. Eph. 5. v. 26. & conscientia ipsius
Christi merito vestitu & ornata bene respondeat apud Deum per resur-
rectionem Gal. 3. v. 27. 1 Pet. 3. v. 28.

Non enim simpliciter aqua lavacrum hoc constat, sed aqua in verbo
Epb. 5. v. 26. seu mandati & promissionis verbo inclusa, & vigore institua-
tionis divinae vim ablendi animam à sordibus habente. Quod Mega-
lander Lutherus sua Definitione in Catechismo tradita testatur inquiens.
Baptismus non est simpliciter aqua, sed aqua divino mandato inclusa &
verbo DEI comprehensa.

Est quidem aqua huius lavaci cum omnibus alijs aquis oportet

Quidam

& auctio[n]e substantia hoc communio habet: quod sit Elementum, sed usus mystici ratione ab omnibus Elementis terrenis virtute institutionis Dei regi c[on]gregat. Spiritus Sancti incomparabiliter sciuncta, sanctificata & segregata, est salutare lavacrum regenerationis Tit. 3. v. 5.

X I.

Sicut enim Verbum Evangelij non est litera mortua aut sonia inanis absq[ue] fructu evanescens & aera tantum verberans, ut factio Anabaptistica & Enthusiastica nugatur omnem d[omi]n[ic]am n[ost]ri c[on]gregari ei adimere, sed est potentia Dei ad salutem omni credenti Rom. 1. v. 16. & organon seu medium per quod Deus fidem, verum & unicum medium verae salutis in nobis operatur Act. 5. v. 20. Rom. 10. v. 17. Philip. 2. v. 16. Job. 6. v. 68. & Tim. 1. v. 11. Ita Baptismus non est nudum tantum signum, sed reverent organon seu medium, per quod salus & gratia nobis offertur. Spiritus sanctus donatur & fides acceditur Job. 3. v. 26. Act. 2. v. 38. & Pet. 3. v. 21. Tit. 3. v. 5. sed & huiusmodi

X I I.

Unde Psal. 29. v. 10. & Pet. 3. v. 20. diluvio comparatur, quo omnis caro peccati mergitur. & corvus immundus seu Diabolus exit columba vero Spiritus sanctus devolit. & pacem ac tranquillitatem mentibus inspirat: & aqua vivificans & sanans omnia ad quae venerit Ezech. 36. v. 25. & 47. v. 9. Es 1. 42. v. 3. & proiecens omnia peccata nostra in profundum Mich. 7. v. 19. dicitur, nec non aqua expiationis seu lustrali in quim vocare rufi seu victimae Christi cineres conspersi sunt Num. 19. & aqua viventibus mixto sanguine pasceris immolati aspersis & domum leprosam manillantibus Levit. 14. aqua Jordani septies in ea ablutum. Naemantum Syrum a lepro contagio mundante & Reg. 5. adumbratur.

X I I I.

Turpiter ergo hallucinantur Calviniani docentes Baptismum externum esse lavacrum. Unius in compend. doctrine Christianae pag. 52. cuius aqua extrinsecus sordes corporis abluntur Catech. Heidelberg. pag. 33. quo manifeste Apostolorum Corinthis Paulo & Petro contradicunt, quorum ille Eph. 5. v. 26. Baptismum nominat lavacrum aquae in verbo, hoc est, lavacrum a Deo ipso in organon regenerationis destinatum & consecratum, ut eo sanctificemur, a peccatis abluti amur & mundemur ac sancti & incipiati absq[ue] macula & ruga Deo sustemur; hic vero disert[us] negat i Epist. 3. v. 12. hujus lavaci aquam esse ordinatam eō, ut carnis sordes abluit.

XIV.

Ceremoniam quoq; Baptismum nuncupamus non sensu Anabaptistico & Calviniano, quod tantum sit externa Ceremonia & commonefactio, quod cum beneficijs Christi aliquam communionem habemus, vel dunt a-
xat testificatio ejus, quod Deus vel ante, vel extra, vel sine Baptismo in-
teriorius operatur, sed quia est actio sacra à Sacrorum rege Christo insti-
tuta, in qua ipse Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus per ministerium
externum nobis exhibet, applicat, confirmat, & obsignat promissionem gra-
tie & regenerat.

XV.

Cum enim primum hominem non solus Pater formavit, sed etiam Fi-
lius & Spiritus Sanctus: Gen. 1. v. 26. decet, ut etiam recreations &
quasi novae fabricationis soci sint pater, filius & spiritus sanctus; ut sic eo-
rundem esset œvæœlæœs quorum fuerat œlæœs, & eorundem esset œ-
væœlæœs quorum fuerat œlæœs, seu, ut Latini loquuntur, idem refle-
rent humanam naturam, qui illam in principio fecerant.

XVI.

Pater propter filium Mediatorem in gratiam nos recipit & appli-
catione & obsignatione promissionis gratiae nos saluat Tit. 3. v. 5. & pa-
ctum ac fœdus bone conscientiae per Christum nobiscum constituit 1 Pet. 3.
v. 21. Filius suo sanguine ab omni peccato nos emundat, abluit & sanctifi-
cat 1 Joh. 1. v. 7. & 5. v. 6. Apo 1. v. 5. Eph. 5. v. 20. & sua iustitia in-
duit Gal. 3. v. 27. Spiritus Sanctus nos regenerat, ut in regnum Dei ingre-
diamur, Joh. 3. v. 26. & in mortem Christi baptizati Rom. 6. v. 3. &
Christo per Baptismum induti Gal. 3. v. 27. remissionem peccatorum ha-
beamus Act. 2. v. 38. & heredes efficiamur juxta spem vitae æternæ Tit.
3. v. 7.

XVII.

Rectè ergo Sacra actio dicitur, siquidem sacrosanctæ Trinitatis per-
sonæ omnes in ea concurrunt & suas operationes habent, & discernitur hoc
epitheto à ceremonijs superstitionis & ab actionibus naturalibus, politicis
& aeconomicis: non enim naturalis est actio. siquidem in aqua Baptismi
non est causa physica ablutionis seu remissionis peccatorum & salutis ater-
nae; nequaquam enim Baptismus naturaliter aut physique agit & abluit.
Nec est ceremonia superstitionis, non enim conceptis verbis & gestibus conse-
crata aqua Baptismi virtute verborum sic immigrat Spiritus Sanctus in
aquam,

aquam, ut semper ibi etiam extra actionem manere cogatur; id enim esset
pum magican huic actioni superstitione tribuere, & salutem ex Elementis
sperare, nec est politica aut civilis actio utpote externum tantum Sym-
bolum professionis & certorum operum; Sed est sacra actio, in qua per
lauiculum aquae in verba Dei juxta suum verbum & promissionem effi-
cax est ad salutem.

Autor Baptismi est Christus Jesus Christus & humani generis servator
sanctiens eum tum exemplo suo quando a Johanne baptizabatur Matt. 3.
v. 15. Mar. 1. v. 9. Luc. 3. v. 21. Ioh. 1. v. 33. tum mandato institutionis
quando in universum terrarum orbem discipulos suos ablegabat inquiens
Matt. 28. v. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomi-
ne patris, filii & Spiritus Sancti & docentes eos servare omnia, quae pra-
cepvi vobis Mar. 16. v. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit.

XIX.

Materia Baptismi aqua est, sed non omnis aqua, verum ea demum,
qua verbo sive mandato & promissioni Dei quasi unita & conjuncta est,
& qua sanguine Christi rubet & permixta est, ut scire & eleganter Au-
gustinus Tract. ii. in Ioh. in. impicit. Et Lutherus aliquoties in lucubra-
tionibus repetivit scribens: Aquam Baptismi sanguine Christi permixtam
esse; nec eam intuendam, ut boves illam intuentur, sed statuendum ibi
esse sanguinem Filii Dei; baptizatos asperges Christi sanguine: Item eos
lavari sanguine Servatoris Domini.

Forma Baptismi est ipsa administratione aquae cum recitatione verbo-
rum integra & incorrupta: Non enim omnis aqua mundat, ut inquit Au-
gustinus lib. de Catech. cap. 3. sed qua per consecrationem Domini sancti-
ficatur. Cum autem forma dat esse rei, & sublata forma res tollatur:
perspicuum est solum Elementum videlicet aquam, qua non abluitur Homo
baptizandus, non habere rationem Sacramenti. Quanto igitur verba in-
stitutionis super Elementum aquae pronunciantur, & tamen nemo est, qui
baptizetur, non si Sacramentum; Christus enim, quando dicit, Baptizantes
eos, certe vult, mandat & instituit ut Baptismus sit talis actio, ut illa aqua,
qua verbo Dei comprehensa est, aliquis baptizetur.

DE

DE SECUNDA.

X X I.

Partes ergo substanciales sunt elementum aquæ & verbum Dei, que nunquam sunt divellentiae, sed semper conjungendæ, sicut Servator & Apostolus eas conjungunt Joh. 3. v. 5. Eph. 5. v. 26. Nam ut Augustinus tractat 80. in Johan. inquit. Detrahe verbum & quid est aqua nisi aqua? accedit verbum ad Elementum & fit Sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum.

X X I.

Verbum hoc, est verbum Mandati & promissionis, quo est vera δ λογία seu consecratio & sanctificatio per quam Baptismus sit fons salutis Esa. 12. v. 3. aqua munda Ezech. 36. v. 25. & lavacrum regenerationis Tit. 3. v. 5. Aqua enim sine verbo virtutem sanctificandi & mundandi non habet: per verbum autem institutum & sanctificantum Dei acquirit hyperphysicam mundandi & à peccatis ablueri seu facultatem ut jam non elementaris duntaxat sit, sed etiam spiritualis: Elementum ratione substanciali; Spiritualis autem ratione divine efficacie: Operatur enim spiritus sanctus mediante illa regenerationem in hominibus.

X X II.

Tribuitur igitur aquæ Baptismi vis regenerandi & mandanti non ita ut illam in se & per se à spiritu sancto separatam habeat, sed quod eam Spiritus Sanctus per aquam Baptismi tanquam per organon à Christo ordinatum exerat & renovationem operetur: atq; sic aquam à spiritu distinguere licet, non autem separare.

X X IV.

Verbum hoc institutionis Servator ipse expressit Matt. 28. v. 9. Baptizate in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti: & Mar. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, quorum verborum sensus hic est. Ego minister Evangelij non pro mea persona aut nomine meo, sed nomine & loco Filii Dei Arch: episcopi Ecclesie baptizo, seu perfundo te aqua in nomine, hoc est, mandato & invocatione veri Dei, qui est Pater, Filius & Spiritus sanctus cumq; oro ut te in gratiam recipiat: & testificor te iam absenti à peccatis sanguine Filii Dei Mediatoris, & donari ac obsignari spiritu sancto, qui te ad iustitiam & hereditatem vitæ aeternæ regenerat: & scias te baptizari ēis ὃν με τὸν πατέρα, καὶ τὸν ιησούντα αὐτόν πνεύματόν. hoc est te recipi ad nomen, id est, ad agnitionem & inno-

& invocationem huius veri Dei, ut ipsum vicissim agnoscas, invoces & omnium virtutum officijs celebres.

X X V.

Cum ergo Substantia Baptisni in Elemento aquae & verbo Dei seu mandato CHRISTI consistat, affirmante Christo Job. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest ingressi in regnum celorum; & testante Paulo Ephes. 5. v. 26. Mandatum Ecclesia lavacro aquae per verbum; vim institutioni seu ordinationi & substantie huius sacramenti faciet, qui lacre, vino, mulse aut alio liquore, ab aqua ratione substantiae diverso utitur, & crimen lese Majestatis sacrosancte & individuae Trinitatis committeret copulans nomen ejus cum ejusmodi Elemento, de quo nullum est ita verbam. Quales fuerant veteres heretici, Seleucus & Hernia qui igitur baptizabantur. Et hodie nonnulli veritatis propositores, & sacramentorum contortores, qui in concedendo alio liquore sunt etiam Elemento deficiente aqua se adeo faciles praebent; cum vorint Elementum aquae & non aliud in scriptura esse expressum.

X X VI.

Ut nec minus illi in formam & substantiam Baptisni impingunt, qui a iis verborum forma utuntur quam prescripta fuit a CHRISTO & in alterius Dei nomen quam in nomen Trinitatis baptizant, ut olim Cerdoniani & Marcionites faciebant.

X X VII.

Ubi autem Elementum aquae & verba institutionis observantur, ibi verum Baptismum administrari dubium nullum est, sic in Papatu et si de multis doctrinae articulis graves errores pertinaciter defendunt. Prelati seu Pilati sedes Apostatarum, tamen cum in cathedra Moysis sedeant & partes substantiales Baptisni retineantur, licet traditionibus quibusdam humanis non purum res deponent, verum & integrum Baptismum illos administrare statuamus; sicut Caiphas & Tharisai in Ecclesia populi Israelitici ministrant publicum obenentes circumisionem retinebant. Contra vero, cum sententia verborum: Baptizo te in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti corrumperit ut Mariclaus, Arrianus, Samosaterianus factum est, non esse verum. Tantum enim existimamus: ut & concilium Nicenum de rebaptizantibus Paulini missis decreta sunt.

B

Qua



X X V I I.

Quod de re Augustinus contra Donatistas disputat doceus; Baptisma nihil officere cuiusquam vel dantis vel accipientis errorem aut vitium praesertim lib. 1 cap. 12. & 13 lib. 3. cap. 10. & 14. lib. 4. cap. 15. de doctrina Christiana lib. 4. cap. 27. Et in Joh. tract. 6. Baptismus talis est: qualis ille in cuius potestate, non qualis ille per cuius ministerium datur: Et contra Crescens: Gr. lib. 3. cap. 5. & 6. & de unico Baptismo cap. 6. Imo Hæretici obseruantes institutionem, verum Baptismum conserue possunt; Et si enim propter hæresin sunt extra ecclesiam: tamen ea parte, qua institutionem Christi sequuntur, in ipsa Ecclesia esse certum est, August. lib. 1. contra Don. cap. 8. Si enim adulteri possint baptizare, ergo etiam hæretici Augus. contra Pont. lib. 4. cap. 4.

X X I X.

Et memorabile est quod cap. 32. de Ecclesiast. Pogm. habet. Baptisma unum est, sed in Ecclesia, ubi una fides est, ubi in nomine patris, filii & Spiritus Sancti, datur: Et ideo qui apud illos hæreticos baptizati sunt qui in sancte Trinitatis confessione baptizant, & veniunt ad nos, recipiuntur quidem, ut baptizati, ne sancte Trinitatis invocatio aut confessione annuletur, sed doceantur integrè & instruantur &c. Illos autem, qui non sancte Trinitatis invocatione apud hæreticos baptizati sunt, & veniunt ad nos baptizari pronunciamus, non rebaptizari. Neq; enim credendum est, eos sūisse baptizatos, qui in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti tincti non sint. Hinc illud Damasceni: ut pñ c̄is tūd à Q̄ia. regāda. ē Cantil. Noīr, r̄t̄ḡs d̄ēt̄ v̄d̄ Ḡn̄l̄ C̄nd̄p̄m̄nt̄ l̄t̄ r̄s̄l̄t̄t̄

X X X.

Net moveat hic aliquem Cypriani auctoritatem & sententia concilij Africani de retigendis ijs, qui ab hæreticis & schismatis baptizati erant. Nam ab hominibus oculis imprimis ab Augustino contra Donatistas atritusq; opinio ex fontibus sacrarum literarum refutata est.

X X X I.

Quod autem in Actis habetur: Apostolos in nomen Domini Iesu baptizasse non ita accipientium est, quod formulam verborum a Christo in institutione Baptismi expressam neglexerint & alteram partem substantiae depravarint, sed quod Christianos sive ex Iudeismo sive gentilismo conuersos baptizarint in fidem, doctrinam, professionem & nomen Iesu Christi, & quod nullos ex adultis admittebant, quin prius institutos de nomine IESU.

Et si

XXXII.

Et si maxime in nomine Christi baptizasset, tamen in nomine Trinitatis baptizasset Aug. cont. Max. Arria. lib. 3. cap. 17. Cum enim Christum dicis, & pater a quo unctus est, & ipse, qui unctus est, & spiritus sanctus, per quem unctus est, intelligitur, Ambros. de Trinit. seu ut Basilius dicit: πνεῦ μαρτ̄ος οὐκ εἰσί τοι τέλεσθαι την γένεσιν τοῦ θεοῦ στολὴν οὐδὲ λόγον: Διὸς τοῦ τελεσθαντοῦ θεοῦ, τοῦ τελεσθαντοῦ θεοῦ τοῦ πνεύματος πνεῦμα: Nam nec tacitis quidem cogitationibus filium a patre & spiritu sancto separare possumus, sed quam primum filij vocabulum nobis in mentem venit statim patris nos meminisse oportet & contra.

XXXIII.

Ex quibus omnibus patet, quod chrisma, sal, saliva, cereus, & aliæ ceremonie ab hominibus excoigitatae non sunt de substantia Baptismatis ut quidam superstitione ex Pontificijs opinantur: siquidem Apostoli quando Baptismum docent, & administrant, non harum inepiarum mentionem faciunt, sed aquæ duntaxat Act. S. v. 36. 38. & 10. v. 47. & 22 v. 16. Eph. 5. v. 26. &c. Et cum chrisma ab Hygino Episcopo Romano anno à Christo nato 340. inuentum & institutum sit, attestantibus id ipsis Pontificijs, sequeretur si esset de substantia Baptismi illos, qui ante Hyginum vixerūt, substantialia Baptismi non habuisse integra, & proinde vero Baptismo cœruisse, quandoquidem chrismate destituti fuerunt.

XXXIV.

Similiter ne intentum ministri quidquam ad formam & substantiam Baptismi facit, ut idem Pontificij nugantur præter Elementum Aquæ & verbum mandati ac institutionis necessario illud requirentes non tantum respectu actus in administratione Baptismi: sed etiam in respectu Effectus: quod non solum omni fundamento scripturæ caret, sed eidem etiam adversatur.

XXXV.

Cum enim credulitas hominum veritatem & fidem Dei inanem reddere non possit, Rom. 3. v. 3. & Baptismus non sit hominis, sed Christi, & tantum, valeat per hominem contemptibilem datus, quantum si per Apostolum conserretur August. contra Donat. lib. 5. cap. 13. & 14. & lib. 3. cap. 19. & Petri ac Iude. sit unus Baptisma Tom. 7. de unitat. Eccles. cap. 18. Et cum virtus & efficacia Baptismi nec à personæ ministri dignata, nec pietate, impietate, aut aliqua eius qualitate pendeat, sed ab oratione

definitione Dei qui Baptismo à se instituto adest & per illum vult esse efficax, quomodo unus tandem ratione vite & morum comparatu sit Persona ministri, cum etiam nunquam de Baptizantis intento baptizatus certus esse possit, at de Baptismi sui veritate & integritate semper certus esse debeat, quomodo quoque intentum ministri de substantia Baptismi esse & hujus integritas de illius qualitate pendere potest.

X X X V I .

Quid? quod si intentum ministri necessario ad veritatem & substantiam Baptismi requireretur, multa aeterna regna negotiorum sequentur; ut, unum Baptismum altero meliorem & perfectiorem esse, nam qui ab intentissimo ministro baptizaretur, perfectius Sacramentum acciperet, quam qui a mediocri, non perinde intento ministro esset baptizatus; immo & S. intissimum etiam hominum Baptismus suspectus esset futurus, cum & illi non semper sint recte intenti, & antiquando in gravissima peccata prolabantur: fides etiam nostra proorsus incerta fieret.

Quae cum ita sint & recte Leobardus lib. 4. Distinct. 5. ex Augustino inquit, Ego dico, ait Augustinus, & nos dicimus omnes, qui iustos esse oportet tanti judicis ministros: sunt ministri iusti, si volunt, si autem non voluerint esse iusti, qui sedent in cathedra Mosis, secundum me facit Magister meus CHRISTUS, de quo Spiritus Sanctus dicit: Hic est, qui baptizat: Item si quis ergo baptizavit ebriosus, homicida, adulteri, si Christi erat Baptismus, Christus baptizavit: Non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: Hic est, qui baptizat.

Porro Etsi substantia & integritas Baptismi in duabus ijs partibus a Christo ipso ordinatis tota consistat & ijs absolvatur, etiam si nullae præterea Ceremonie aliæ accedant; tamen vetustas ut sacrosanctam hanc actionem conspectiorem & illusoriorem redderet & fidem ac intentionem populi augeret & aculeos aliquos in animis presentium relinqueret ritus certes lectiones & precatio[n]es, & alia adjunxit.

Qui et si à Deo non sunt expressè mandati, tamen quia hoc sine ecclesiasticis

Ecclesiam sunt introducti, ut ipsa ecclesia edificetur, omniaq; evitentur
in ea peraguntur, ut Paulus i Cor. 14, v. 40, inquit, hujus finis respe-
ctu in scriptura sunt fundati, & ob id pie absq; omni superstitione in no-
stris Ecclesijs retinentur & conservantur.

Nam vel explicationi doctrine divinitus tradite inserviunt, eamq;
ad certum usum accommodant, & sunt succinctae declaraciones & com-
mones actiones usum & efficaciam Baptismi nobis ob oculos ponentes; vel
ad decentem reverentiam actioni sacrae congruentem faciunt: ut illis
ceu admiculis quibusdam ad pietatem & Sacramenti hujus observan-
tiam permoveantur homines: & intentio in illis augeatur.

Prioris generi sunt Abhortationes & Precautiones que sunt lingua po-
pulo nota, Signum crucis, Exorcismus, Adhibitio compatrium, confessio
& Abrenunciatio per compatres facta; posteriori generi exempla sunt,
quod Baptismus cum dignitate & ornatu quodam Ecclesiae actionibus
congruente administratur, preces nudo capite & ut plurimum comp-
licatis manibus fiant. Etiam uocula & amulcenda, cum omni
admodum rite oratione non solum in tempore missarum, sed etiam in aliis
tempore & aliis officiis.

Ut enim in Cœne Domini administratione publica quam Liturgi-
am Graeci, Latini Missam nominarunt vetus Ecclesia certas lectiones,
cantica, Psalmos, precatio[n]es & alios ritus adhibuit, ut doctrina &
usus Eucharistie salutis ac beneficiorum Dei nobis Christi corpore &
sanguine consectorum consideratio nec non fides, invocatio, gratiarum a-
ctio & laudes Dei in nobis ardentes exuscitarentur, & omnia in ad-
ministratione ipsa cœne singulariter gravitate, religione & decenti stilen-
dore gererentur; ita quod ea in Baptismi administrationi certos adjun-
xit ritus, ut illis sacrosanctam hanc actionem confessionem reideret, si-
dem ac intentionem populi augeret, ut principales Baptismi partes decla-
ratae & explicatas rectius intelligeret, & majore cum pietatis fructu
usurparet populus.

Qui in emendatis harum regionum Ecclesijs Lutheri confessionem
sequentibus conservantur & adhibentur non ut pompe theatrica aut
ridiculae

ridicule, aut superstitioni vim magicam ipsis ritibus tribuenti inferni appetunt, sed ut nolite eum Xynovos & K^t reXin queod omnia decenter & ordine fiant, & adificationi condacant.

X L V.

Sic signo crucis utimur, non quod existimemus vim aliquam vel efficaciam peculiarem ei inesse ut Diabolum ejcere & fugire possit, ut Pontificij fabulantur, sed ut admoneamus eo propter quem infans per Baptismum a Deo in gratiam recipiatur, nimirum propter solum Christum crucifixum, & quod baptizatus expositus sit cruci & multis calamitatibus, & quod in illis ut & in omnibus suis actionibus & vita consilijs auxilium & successus felices & omnia bona a Christo crucifixo petere & expectare debet.

X L V.

Exorcismum quoq; prout in vetustissimis ecclesiæ temporibus usitatus fuit, retinemus, non quod infantulos nostros corporaliter a Diabolo obsessos esse putemus, sed ut eorum commonefactione quadam de peccati originis magnitudine & atrocitate auditores admonemus, & misericordiam infantis, ac potestatem Diaboli, in qua ob peccatum originis infans haeret, & econtra gratiam Dei potenter infantulos ex regno & potestate tenebrarum per Baptismū eripientis nobis ob oculos ponamus, ut Lutherus in Præfatione libelli de actione Baptismi testatur. De his enim ut aliqua commonefactione in actione Baptismi sit, non solum utile, verum etiam necessarium est, quibus autem verbis illa fieri debeat, an per Exorcismum an per alia verba, id liberum merito Ecclesijs relinquitur.

X L VI.

Et quia ex illa Diabolica potestate solus Deus pater, divina sua potentia propter filium per spiritum sanctum in Baptismo nos liberat, non sine gravi causa verba hæc: Adjuro te in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti retinemus, quibus orthodoxam vetustatem in hac actione religiose usam esse iisque declarare voluisse, quid tota Trinitas durante adhuc illa actione per Baptismum in infante operatura sit, non dubitamus.

X L VII.

Compatres etiam adhibemus, ut per illos infans initiandus & baptizandus ad Christi vices gerentem adducatur, & precibus illorum ad Christum afferatur & Deo commendetur: Deinde ut possint de Baptismo infanti administrato testari, quod facit contra ignita tela & tentationes Diaboli, quibus saepè in dubium vocare conatur Baptismum. Tertio.

ut habeat



III. Habet insens jam adiutor fatus quorum opere, consilio, & auxilio loco parentum uti posse. Compatram enim officium est, ut in locum parentum succedant, & baptizatos adiutor ecedere, quod cum Deo sanciverunt, admoneant, & carent ut in vera Dei agnitione & virtutibus Christianis eluentur & emittantur.

XLVII.

Denique fidei confessionem & abrenunciationem per compatres retinemus, non quod insens baptizetur in fidem compatrum: Iustus enim sui fide vivit, aut quod compatres pro infante credant, nemo enim pro alio credere aut baptizari potest, sed ut hoc rite testificemur, quod Deus etiam in infantibus per Baptismum efficax sit, & pios ac sanctos motus pro ipsorum modo accendat.

XLIX.

Nec est ut aliquis obiciat, ritus hosie esse superstitiones & Pontificios & ob id explodendos; nec posse eos sine lesione & horrore conscientia usurpari: Quomodo enim queso id Pontificium & superstitionem esse potest, quod cum superstitionibus Pontificis nihil commune habet: Pontifici ritus non conservationi orationis & deorti inserviunt, nec ad edificationem se potius destructionem Ecclesiae faciunt; sunt lingua ut plurimum peregrinat, urgentur quasi ad integratem, veritatem & efficaciam Baptismi sunt sine necessitate & non minus observandi, quam ipsa institutio Christi non illustrant aut conspicuorem Baptismi actionem faciunt, sed substantia eius obruunt & in actionem plane diversam & histrionicam transforment; nihil tale de nostris istis ritibus affirmari potest. Faciunt illi ad Ecclesiam & edificationem, sunt lingua nota, adhibentur ut Adiaphora, & sine opinione necessitatibus libere servantur & actionem Baptismi illustrant, ac maiorem attentionem in animis auditorum & assantium accendant.

L.

Uantur sane Pontificis etiam hinc ritibus, sed quia superstitiones & alio sine hoc faciunt, nec ad edificationem eorum intentum & usus tendunt, absus illorum nostro vero usi nihil debet nec potest praejudicare.

L.

Valeant ergo Novantes fidei non latitare, qui in pacatissimis Ecclesijs tempore alienissimo, consilio immaturo & infuso, praetextu

fraudu-



I frumento & occasione mendacissima nos vitis vel vinos vel aliquos ex Baptismi actione explodunt cum gravissimo piorum scandalo & perturbatione animorum tranquillorum, comminationem servatoris contemnentes: Vt homini, per quem veniunt scandala:

கால்பாதி சுவாமி கோவை வெள்ளூர் LIII

Et sit his ritibus locus in clavis rerum mediariis, quas vocant Aug-
aphora, et serviant confirmationi, et sunt communis unctiones utiles de il-
lis rebus, quae per Baptismum conferuntur, et in eius administratione
peraguntur; nec perturbentur animi tranquillitatem, nec fiant laquei con-
scientiarum.

DE TERTIA

Et si autem hi ritus non sunt absoluere necessitatis: Baptismus tamen ipse est necessarius & quidem ad salitem ut confessio nostra recte affirmitur quod sacramentum hanc ex ore servatoris, qui Joh. 3. v. 5. jurat, ita necessarium ad salitem esse Baptismum, ut nisi quis renascatur ex spiritu non possit intrare in regnum cœlorum;

Cum enim omnes homines carnali generatore nascantur. polluti pec-
catis. Et filii ira dei & eternae damnationis Gen. 6. v. 5. Job. v. 2. Psl. 1.
Psal. 14. Psal. 58. Psal. 102. Eze. 43. v. 8. 4. Psal. 4. v. 20. Joh. 3. v. 6. Eph. 2.
v. 3. Necessitate est. ut filii dei hoc est. Deo placentes. & heredes vita etern-
ae. secundum nos regenerari. Regeneratio autem hanc sit per
Sacramentum Baptismi. quod propterea à Paulo Tit. 3. v. 5. Lavacrum
regeneratio nominatur. namque ex transibitione tota in
inquit. Neinde enim regnum dei. hoc est. infinita & vita eterna. sic res spir-
ituales. & a solo Deo seu spiritu sancto emitentes & conservantes. necesse
erit heredes regni ex spiritu renasci. Regenerat autem spiritus sanctus
homines per aquam Baptismi tene Servitorem Mar. 16. v. 16. Qui credi-
terit & baptizatus fuerit. salvis erit. Petrus Act. 2. v. 38. Asite de-
tentium & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in
emissione peccatorum.

TERTIO cum per Baptismum damnato mortalium generis gratia Dei
offeratur

offeratur, & excidant ab omni gratia, qui hoc sacramentum negligunt aut contemnunt; certe ad salutem necessarium erit.

L V I I I .

